

cum aliis recepta et servata sunt. Rursum in arcum non sunt inducta animalia, que ex putrefactione, uti mures, vermes, apes, scorpiones; nec ea que ex congressu diversarum specierum, ut mulus ex equa et asino, nascuntur. Terrestrium ergo animalium, que ingressa sunt arcum, Arias Montanus lib. de Arcâ numerat species 150, exceptis serpentiis. Jan Pererius serpentium et reptilium numerat species 25. Quare universum fuissent circa 175 species animalium terrestrium in arcâ, in quibus sex tantum sunt majores equo; paucæ aequales, multæ minores etiam ovibus. Omnis haec terrestris Pererius aquat 250 hucus, nec in arcâ plus loci occupasse censem, quam occupent 250 boves. Avium vix 150 species apud Gessnerum et Aldrovandum invenies, in quibus paucæ majores sunt cygnis, plerisque illi minores. Potuit ergo facilè arcâ haec omnia capere, cum eius capa-

CAPUT VII.

1. Dixitque Dominus ad eum: Ingredere tu, et omnis domus tua, in arcum; te enim vidi justum coram me in generatione hac.

2. Ex omnibus animantibus mundis tolle septena et septena, masculum et feminam: de animantibus vero immundis duo et duo, masculum et feminam.

3. Sed et de volatilibus colli septena et septena, masculum et feminam, ut salveretur semen super faciem universæ terra.

4. Adiuv enim, et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus; et delebo omnem substantiam, quam feci de superficie terre.

5. Fecit ergo Noe omnia que mandaverat ei Dominus.

6. Eratque sexcentorum annorum quando diluvio aquæ inundaverunt super terram.

7. Et ingressus est Noe et filii ejus, uxoris ejus et uxores filiorum ejus cum eo, in arcum propter aquas diluvii.

8. De animantibus quoque mundis et immundis, et de volucribus, et ex omni, quod movetur super terram,

9. Duo et duo ingressa sunt ad Noe in arcum, masculus et femina, sicut præcepserat Dominus eum;

10. Cùmque transiit septem dies, aquæ diluvii inundaverunt super terram.

11. Anno sexagesimo vita Noe, mense secundo, septimo decimo mensis, rupi sunt omnes fontes abyssi magna, et cataractæ celi aperte sunt;

12. Et facta est pluia super terram quadraginta diebus, et quadraginta noctibus.

13. In articulo die illius ingressus est Noe, et Sem, et Cham, et Japhet, filii ejus; uxoris illius, et tres uxores filiorum ejus cum eis, in arcum;

14. Ipsi et omne animal secundum genus suum, universaque juncta in genere suo, et omne quod movetur super terram in genere suo cunctumque volatilium secundum genus suum, universæ aves, omnesque volucres,

276
citas fuerit 450000 cubitorum, ut dixi vers. 15.

VERS. 20. — INGREDIENTUR TECUM. Hebraicæ tabou, elecha, venient ad te, scilicet sponte sua, etiam si sint effera, idque vel Dei instinctu vel angelorum impulsu, ut prius ad Adamum c. 2, vers. 19, eadem adducta sunt. Ita S. August. lib. 15 de Civit., cap. 27. Non ergo animalia haec quisexvit Noe, eaque adduxit ad arcum, ut vult Philo; non etiam ipsa animalia invalescecente diluvio, fugerunt enatando ad arcum, ut vult Hugo Victorinus apud Buteonem.

VERS. 21. — EX OMNIBUS EISQ; QUE MANDA POSSUNT. Hebraicæ, ex omni cibio qui comedì solet, puta tam ab homine, quam à bestiis. Unde verius est, quod asserit Joan. Buteo (licet contrarium opinetur Perer.), scilicet animalia carnivora in arcâ, non herbas, sed carnes, à Noe arcâ ad hunc finem impositas, comedisse; leo enim, v. g., tantum carne vescitur.

CHAPITRE VII.

1. Le Seigneur dit ensuite à Noé : Entrez dans l'arche, vous, et tout votre maison, que je vous sauver avec vous, parez qu'en tous ceux qui vivent aujourd'hui sur la terre, j'airerai que vous seul êtes juste devant moi.

2. Prenez sept mâles et sept femelles de tous les animaux que vous savez être purs, et deux mâles et deux femelles des animaux impurs.

3. Prenez aussi sept mâles et sept femelles de tous les oiseaux du ciel ; faites-les entrer avec vous dans l'arche, afin d'en conserver la race dessus la face de la terre ; et faites au plus tôt ce que je vous ai commandé.

4. Car je n'attendrai plus que sept jours, et après cela je ferai pleuvoir sur la terre durant quarante jours et quarante nuits, et j'exterminerai de dessus la terre toutes les créatures que j'ai faites.

5. Noé fit donc ce que le Seigneur lui avait commandé.

6. Il avait six cents ans lorsque les eaux du déluge inondèrent toute la terre.

7. Avant qu'elles eussent commencé à tomber, Noé entra dans l'arche et avec lui ses fils, sa femme, et les femmes de ses fils, pour éviter les eaux du déluge.

8. Les animaux purs et impurs avec tout ce qui se meuut sur la terre,

9. Entrèrent aussi dans l'arche avec Noé, deux à deux, mâle et femelle, selon que le Seigneur l'avait commandé à Noé.

10. Après donc que les sept jours que le Seigneur avait dura furent passés, les eaux du déluge se répandirent sur toute la terre.

11. L'année six cent de la vie de Noé, le dix-septième jour du second mois de la même année, qu'commençait alors au mois d'octobre, les sources du grand abîme des eaux où Dieu avait renfermé celles qui couvraient la terre au commencement du monde, furent rompus, et les cataractes du ciel, où il avait mis, comme en réserve, les eaux qui étaient au dessus du firmament, furent ouvertes.

12. Et la pluie tomba sur la terre pendant quarante jours et quarante nuits.

13. Aussiôt donc que ce septième jour parut, Noé entra dans l'arche avec ses fils Sem, Cham et Japheth, sa femme et les trois femmes de ses fils.

14. Et tous les animaux sauvages, selon leur espèce, y entrèrent aussi avec eux; tous les animaux domestiques, selon leur espèce; tout ce qui se meuut sur la terre, selon son espèce; tout ce qui vole, chacun selon son espèce; tous les oiseaux, et tout ce qui s'élève dans l'air;

15. Ingressæ sunt ad Noe in arcum, bina et bina ex omni carne, in qua erat spiritus vita.

16. Et quia ingressa sunt, masculi et femina ex omni carne introierunt, sicut præcepserat ei Deus; et inclusit eum Dominus de foris.

17. Factumque est diluvium quadragesima diebus super terram; et multiplicaretur aquæ, et elevaverunt arcum in sublime à terrâ.

18. Vehementer enim inundaverunt; et omnia repleverunt in superficie terre: porro arcâ cerebatur super aquas.

19. Et aquæ prevaluerunt nimis super terram; operique sunt omnes montes excelsi sub universo ecclio.

20. Quindecim cubitis altius fuit aqua super montes, quos operaverat.

21. Consumptaque est omnis caro qua movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omnime repulitum qua reptant super terram, universi homines.

22. Et cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt.

23. Et delevit omnem substantiam, qua erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quam volucres; et deleta sunt de terra; remansit autem solus Noe, et qui cum eo erant in arcâ.

24. Obtinuerunt aquæ terram centum quinquaginta diebus.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — OMNIS DOMUS TUA, omnis progenies et familia tua.

IN GENERATIONE HAC, inter homines hujus temporis.

VERS. 2. — EX OMNIBUS ANIMANTIBUS MUNDIS. Theodor., Abulensis et Beda putant haec animalia per anticipationem vocari munda, quia scilicet per legem Mosis Levit. 11, decernenda erant munda. Verum melius alii censent, distinctionem animalium (etiam avium, ut habent 70) in munda, et immunda, de quâ Levit. 11, fuisse quoque in lege naturæ, idque instinctu Dei et traditione majorum, quod scilicet Deus tempore legis nature, illa animalia quasi munda, revererit ad suum sacrificia, qua postea tempore legis Mosis, quasi munda Iudeis secrevit ad esum. Ita S. Chrys., Didymus, et Pererius.

SEPTENA ET SEPTENA, id est, quatuordecim, puta septem mares et septem feminas, quatuordecim enim ex mundis animalibus, quatuor vero ex immundis servata esse in arcâ, censem Origenes, Justinus, Olesaster, et Dionys.; verum sic ingens fuisset animalium turba, quam capere non potuisse arcâ.

Melius ergo Josephus, S. Ambros., Chrysost., Theodor., Eucher., Lyran., Abulensis, Cajetanus et Perer. sic exponunt: Ex mundis tollens septena et septena, id est, septem tolles in arcum, è singulis qua munda sunt, scilicet unum par ad speciei propagationem; secundum par ad sacrificium; tertium par ad esum post diluvium; quartuplex Plinius, lib. 10, cap. 2, describens phenicem, ait eum esse fabulam, additque: Alteratus est, inquit, in urbem phenix Claudi principis censurâ, anno urbis DCCC, et in comitio propositus, sed

15. Tous ces animaux, entrèrent, avec Noé dans l'arche, deux à deux, mâle et femelle, de toute chair vivante et animée.

16. Ceux qui entrèrent étaient donc mâles et femelles et de toute espèce, selon que Dieu l'avait commandé à Noé; et le Seigneur l'y enferma par dehors.

17. Le déluge se répandit sur la terre pendant quatre-vingt jours; et les eaux s'étant accrues, élevèrent l'arche en haut au-dessus de la terre.

18. Elles inondèrent tout, et couvrirent toute la surface de la terre; mais l'arche était portée sur les eaux.

19. Les eaux étrangèrent et grossirent prodigieusement au-dessus de la terre, et toutes les plus hautes montagnes qui sont sous le ciel furent couvertes.

20. L'eau ayant gagné le sommet des montagnes, s'éleva encore de quinze coulées plus haut.

21. Toute chair qui se meuut sur la terre en fut consumée; tous les oiseaux, tous les animaux, toutes les bêtes, et tout ce qui rampe sur la terre.

22. Tous les hommes moururent, et généralement tout ce qui a vie et qui respire sur la terre et sous le ciel.

23. Toutes les créatures qui étaient sur la terre, depuis l'homme jusqu'aux bêtes, tait celles qui rampent, que celles qui volent dans l'air, tout péri, il ne demeura que Noé seul, et ceux qui étaient avec lui dans l'arche.

24. Et les eaux couvrirent toute la terre pendant cent cinquante jours.

quem falsum esse nemo dubitaret. Unde mirum est Comibrie, lib. 2 de Celo, c. 3, q. 6, a. 4, asserere esse phoenicem, idque tum ex aliis, tum ex hisce Plinius verbis confirmare; Plinius enim phoenicem habet pro fabula; alii veteres qui phoenicem astruunt, non ex sua sententiā, sed ex prisorum scriptis, sive veris, sive fabulosis aut symbolicis eum astruunt. Verum Comibrie addunt, phoenicem non esse unum, sed plures, nec seipsum resuscitare, sed more communī generari. Quare alii ponunt phoenicem, ab eo quī a veteribus ponuntur, quasi symbolū et typū resurrectionis; et tales phoenices se habere Abyssinī aliique jactant. Nam Comibrie. aliique omnes jam consentiunt, nullum esse tales phoenicem, qui unicus sit, quicque moriens renascatur, qualēm veteres descripserunt. Nisi ergo istius sit de nomine, dicendum est phoenicem non esse, nec fuisse in mundo.

VERS. 7. — ET INGRESSUS EST NOE ET FILII EIUS, Uxor eius, et uxores filiorum eius. Nota. Octo tantum homines in arcā ingressi et servati sunt, regnante diluvio; ex his octo, septem servati sunt propero. Henoch interim ex paradiō aquis obruto, alio est translatus.

Berosus Annii uxorem Noe Tyraeam vocat, uxores verò filiorum Noe vocat Pandoram, Noellam, et Noeglam. Verum vix dicti valde dubitant, an Berosus quem Annus edidit, sit verus et prius ille Chaldaeorum Berosus. Gnostici, teste Epiphanius, hæres. 26, uxorem Noe vocarunt Noe, Noellam, et Noeglam. Enimque asserit vocatam esse Bartheneon. Rursum unam ex hisce uxoribus fuisse Sybillam Babyloniam, fatetur ipsam lib. 1, orac. Sybill. post principium, ubi ipsa se cum marito in arcā fuisse profiteretur. Sed yiri docti id suspectum habent, quasi versibus illis additum sit ab aliquo sciolō ad antiquitatem et auctoritatem illi oraculorum libro conciliandam. Nam quid ibidem ipsa addit, arcā subsedit, non in montibus Armeniae, sed Phrygiae, manifestè repugnat Mosi c. seq. v. 4. Scio aliquos eruditos haec symbolicè accipere, atque opinari, Sybillas veras et primeveras non fuisse feminas prophetias, sed tantum fuisse priscam Hebraeorum Kabalam, sive Kibylam (unde Sibylle nomen), id est, doctrinam à patribus traditione acceptam. *Kabal* enim hebreacē significat *accipere, recipere, excipere* ab alio: inde *Kabula* vel *Kibylam* est *māzār*, sive patrum traditio, quam Noe à priori subito acceptam posteris post diluvium tradidit; perinde ac Lactant. lib. 1, Institut. cap. 6, ex Yarrowne censem, Sybillam dictam esse quasi *Isiōnū*, et quid consilia Dei denuntiaret. Veteres enim deos *Isiōnū*, non *Isiōnū*; et consilium, non *Isiōnū*, sed *Isiōnū* appellabant. Si ergo Sybilla est *Kabula*, vel *Kibylam*, utique ipsa cum Noe, et in Noe fuit in arcā. Verum de Sybillis alibi disputandum est.

VERS. 11. — ANO SEXCENTESIMO VILE NOE planē exacto, et 601 inchoato per 40 dies, inquit Perer. Verum contrarium est verius, scilicet anno 600, Noe inchoato, expisse diluvium; nam diluvium duravit totum annum, et anno 601 Noe, mense secundo, ces-

savit, ut patet cap. 8, v. 15. Rursum Noe post diluvium vixit 550 annos; vixit autem universum annos 950; quod si diluvium existisset anno 601 Noe, cùm duravit annum integrum, sequeretur, Noe vixisse annos 951, quod falsum est. Porro sexcentesimo anno factum est diluvium, inquit S. Ambros. lib. de Noe, cap. 14, quia sexto die Adam creatus est. Idem numerus par, et in auctore est Adam, et in reparatione (Noe) servatur, quia fons sexagesimi et sexcentesimi sextus est numerus.

Nota hic constantiam fidei in Noe; nam centum annis in fide diluvii persistit, scilicet ab anno 500 ad 600, illudque constanter praedicit; est ab omnibus, etiam cognatis rideretur, quasi qui vano timore corruptus, studio labore in arce fabricat tot annos desiderat; sed bi hoc anno risum in flumet et seram penteatam communarat. Noe similis fuit Matthathias 1, Machab. 2, vers. 19.

MENSE SECUNDO, qui hebreacē dicitur iār, et ferē respondet nostro maio, saltem quoad posteriorem sub partem. Primus enim Hebreorum, et S. Scriptura mensis est nisan, qui partim martio, partim aprilii respondet. In maio ergo ceperit diluvium, idque ut ostenderet Deus, causam diluvii non naturalem fuisse ex pluvia et imbris hiemalibus, sed speciali providentiā Dei illud effectum esse, sub initium astatis, cùm inchoantur calores et siccitates. Ut igitur major eset impiorum dolor, Deus eos perdit tempore amissione, quo nil nisi latum sibi pollicebantur: edebant et bibebant, ut at Christus Lucas cap. 17, v. 27, et S. Amb. lib. de Noe cap. 14: *Tunc, inquit, fecit diluvium, quando dolor eorum major fuit, qui in iād abundātū pūnicibantur, tunc ultio terribilis tanqā dicens Dei, etc.*: *Pereat cum homine omnia, propter quem sata sunt omnia.* In suis dīvitīs consummatū homo, cum sata dōte morietur. Idem iudicium contigit dīvitī Evangelico, qui multis bonis collectis, pollicebat sibi deinceps lautam vitam, sed eadem nocte perit. Idem contigit Nabuchodonosor regi; idem Aman; idem Herodi Act. 12. Noe est quid acit Christus: *Quā horā non putatis, filius hominis venit, et Paulus: Cum dixerint, pax et securitas, tunc repentinus eis supervenit interitus.* Nemo igitur in prosperitate mundanā confidat. Spes enim impia quasi lamgo que a vento tollitur, Sapient. 5, v. 15. Josephus tamē incipiens annum à septembri, mense hunc secundum vocat Marchesianum (sic enim legendum est, non autem Marsenona), qui respondet nostro octobri, cùm abundant imbræ; sed prius, quod dixi, verius est.

Denique Anton. Fonseca in annot. ad Cajet. in c. 8 Gen. et Torniellus putant, mensem ingressus et exitus Noe de arcā fuisse januarium, quem idcirco dicitur à primis gentilibus postmodum ipsi Noe fuisse consecratum, et ab eo denominatum; si quidem Noe ab ipsius Janus nuncupatur; quem idcirco bifrontem fuxerunt, quod Noe viderit annum et seculum tam vetus quam novum. Verum non video solidum hujus opinionis fundamentum; nec enim januarius apud Heliocritos fuit mensis secundus, sive annum sacrum, sive

COMMENTARIUM. CAP. VII.

vulgarem et civilem accipias; licet id subtiliter ostendere conetur Torniellus p. 107.

SEPTIMO DECIMO DIE MENSIS. Hunc diem fuisse Dominicum esserit Cedrenus; die enim Dominico tam copioso, quam desissit, et finem accipisse diluvium, tradit ipse et alii nonnulli, penes quos sit fides.

RUPTI SUNT. Hebreacē nibbel, id est, impetu ac vi aquarum dissipati, dissecati, diffracti, disrupti sunt.

OMNES FONTES. Omnes scaturigines, omnes rivis, omnia orificia, omnes venae, omnes aquae ductus et abyssus prouidentes; ita ut aqua abyssi jam suis rivis, venis, alveis et aquae ductibus coerceri non posset, sed eos perrumpens omnia inundaret, faceretque quasi unum mare per totam terram. Unde cessante diluvio, reducta sunt aqua in suam hanc abyssum, ibique conclusa, cūm, ut ait Scriptura, clausi sunt fontes abyssi.

ABYSSI MAGNI, id est, abyssorum multarum. Sub terrā enim sunt multe abyssi, id est, voragine aquarum. Unde pro magne, hebreacē est rabbā, id est, multe, Ita Perer. Et Delrio. Verum cūm hebreacē sit, non *tēhom*, id est, abyssi, sed *theom*, id est, abyssus; et *rabbā*, id est, multa, per enallagm Hebreis familiarem, idem sit quod magna, ut verit̄ noster; verū cōsentit alii, abyssum magnam hinc vocari barathrum, sive voragine illam subttereaneam maximum et profundissimam, que tum ex aquis in cūm initio mundi à Deo reconditus, tum ex mar, aquis est plenissima, quam multi putant esse matricem omnium fluminum, fontium et aquarum dulcium, de qua dixi c. 1, 9. Hic enim hebreacē vocatur *tēhom*, tam hinc quā Deut. 33, 15, ubi hebreacē nuncupatur, *tēhom robetet tachat*, id est, abyssus cubans infernū; quod noster verit̄ abyssum subiacēt. Talem enim abyssum sive voragine aquarum subttereaneam esse, tum experitā multiplici, tum variis argumentis, tum auctoritatē Platoni, S. Hieron., Basili, Damasc., Philonis, Plini, Isidori, S. Thomas, Bernardi, et aliorum, quin et S. Script. locis jam citatis docent Comibrienses tractata in Meteorā c. 4, et Valesius Sacra Philosophie c. 63. Licet enim sub terrā multe sunt aquarum voragine, tamen haec omnes una cōsentunt esse subttereana vorago, sive abyssus; prōsēris, quia verisimile est, omnes invicem per venas et meatus conjungit, et in primaria ac majori quāpdam voragine quasi matrice convenire. Ex hac ergo abyssu cruentipes aquae largissime, instar fluminum, in mō marium terram operuerunt; ipsa quoque maris littore suo egressa, terram operuerunt; omnes enim mare, per venas, cum abyssu hinc dicitur conjungunt et unitur; unde per abyssum hinc maria quoque intelliguntur; abyssus enim est vorago aquarum, tam que terrā, quam que mari cōtentur.

Dices: Ergo tum in mari et abyssu fuit vacuum. Respondeo non fuisse, partim quia in abyssum loco aquae subintravit aer: per partem quia Deus tum rarefecit aquas maris et abyssi, quo factum est ut ille majorum locum exposcerent, seque non tantum per alveos suos, sed et per terram disfundenter.

Ex hoc ergo tum in mari et abyssu fuit vacuum.

Notā → *rupti sunt omnes fontes*, q. d.: Tanta fuit aqua, ex abyso et mari erumpentes, vis et copia, ut omnes suas fontes, limites et aggeres pervaaderet, atque per latera quaquaversum se effundaret, totamque terram obnubret; perinde ut faciunt torrentes terrā conclusi, dum vi aquarum suos exiūs, alveos et aggeres, quibus quasi carcerebūs concludebantur, dilatant, diriugunt, rumpunt, et per latera undequaque crument omniaque inundant.

ET CATARACTAE CELEI APERTAE SUNT. *Cataractae*, ait Eugubinus et Oleaster, sunt foramina, que Deus fecit in celo, sive firmamentū, ut per ea aqua que supra firmamentū sunt, defluant; propriū diluvium enim aquas has ibidem fuisse repositas à Deo, initio mundi, cōsentit ipsi; sed hoc modo findi debuerit, non tantum firmamentū, sed omnes coeli planetarū, quod est improbable. Secundo, Petrus de Aliaco et alii, quos citat Perer. pagin. 232, per cataractas accipiunt constellations quarum vi naturali factum sit diluvium; sed hoc repugnat huic versu et v. 4. Dico ergo cataractae coeli hinc per catachresis vocantur nubes ipsaque secunda aëris regio, multa in partes plagasque divisa, quae vapores et aquas intra se quasi repagulis et cataractis quibusdam contineat et coeget, q. d.: Nubes, ipsaque secunda aëris regio, in diluvio tanto impetu, aquarum vim maximam in terram dejecti, ut totus aer videretur rumpi in vastissima foramina, per quae non tam guttas et pluvias, quam densissimos imbrēs, instar rivorum et fluviorum effusit, ita ut aer jam non aer, sed continuus quidam imber, in mō more esse videretur. Ita S. Chrysost., Rupertus et Perer. Cataractae enim nuncupantur à *catastrophā*, id est, precepis deorsum ruo. Unde, ruptis his cataractis, subdit Moses: *Et facta est pluvia super terram quadraginta diebus.*

Nota. Duplex fuit causa diluvii, una supra, puta pluvia erumpens ex cataractis coeli; altera infra, puta erupcio et inundatio abyssi, ita ut terra media, urinque invasa et obruta fuerit aquis.

Sane difficultate est p̄videre, unde tanta aquarum copia, quae totam terram operaret, in mō altissimos montes quindecim cubitis superaret, prodierit. Constat enim montes nonnullos ad quatuor milliaria Italica, sive ad quatuor milia passuum elevari, ac supra terram eminere, quanta est altitudine Alpium gradatim ascendentium. Quod si ubique terrarum sequētū altè fuerint aquae, ut videtur (idque significat Script. cap. 8, vers. 3, ubi ait aream Noe in aquis diluvii fluctuantem, iis sensim decrescentem, tandem septimo mense quievisse super montes Armeniā, ac decimo mense allorum cacumina montium apparuisse; ergo illuc usque aquis fuerant obiecta), sanè ingens fuit peripheria aquarum, qua facilē in se quatuor maris et amplius complectentur, ut patet geometricè spatium hoc excedentē et medient; quod enim altius scanditur, cō peripherie capacitas magis dilatatur, ac geometrī progressionē gradatim excedit in quantitate ingentem. Mare enim longē, minus est terra, ac videtur non multo majus esse montibus et collibus; in horum enim locum successit. Deus enim ē terra

pruis rotundā montes elevat, ut per hoc in eā faceret serobes et fossas, in quas induceret aquas, que prius terram oppreserat, ut terra aquis vacua posset habitari. Igitur mare parum contulit ad tantum diluvium. Rursum vapores à terrā elevati aliae aer, non videnter potuisse reliquias continere; nam ut ex vapore et aere fiat aqua, debet magna fieri aeris condensatio. Decem enim unciae aeris, in longe plures, non efficiunt unam unciam aquae. Quare etiamē major pars aeris fuisset conversa in aquam, vix videtur sufficisse ad tantam aquarum molem prastandam, etiamē eas ad Deo per rarefactionem extensas et expansas esse asserentes, presertim quia si valde rarefacte fuissent aquae, suissent utique valde subtiles, leves et aeris; unde non potuisse eis innatae et supernaturae arca tam gravis et onusta. Adde, tunc loco aeris in aquam versi et densati debuitus alia corpora succedere, aut ingens relinquū vacuum, quod natura abhorret a certè nova aqua, vel novus aer à Deo creari, et post diluvium amihilari, quod etiam absolum videtur. Quare nonnulli viri docti dicunt se rationibus jam alatatis cogit ut fateantur cum Oleastro et Eugubino aquas, que diluvium causarunt, esse illas quae primū super celos in maximā copiā à Deo ad hoc repositae sunt, idēque Deum in firmamento fecisse extractas sive meatus, per quos haec aquae descendenter; hoc enim plaus Mosis narratio exigere videtur. Cum enim aqua vera, ad diluvium opportunas in celo reparianus, tot tantisque aeris communates vestigare non est opus. Adde, multi veteres et moderni censeunt, coeli non esse solidos, sed liquidos et fissiles instar aeris vel aetheris, quod si concedas, facile per eos descendere potuerint aquae. In locum verò aquarum supererūrum ne esset vacuus, vel successit aer et aether, qui cum aqua superius videtur commutato locum tempore diluvii; vel certè aquas reliquias, que super celos tempore diluvii manserunt, Deus rarefecit, ut locum aquarum sociarum, qua descendebant, implerent. Porrò, acceleravit, inquit, Deus descensum aquarum singulari impulsu; nam si naturali motu descendissent, impeditissim in descensu loco iam alto et remoto, plusquam centum annos, ut ostendit cap. 1, v. 14. Favet huic sententia S. Petrus Epist. 2, c. 3, 5, ubi si accuratē verba expendas, videetur dicere aquis diluvii perisse mundum, id est, celum et terram, sicut idem peribit in fine sui ignis conflagrationis. Igitur sicut non tantum elementa, sed et ipsimē coeli, ut ipse ait v. 12, hoc igni ardentes solventur; sic patet videatur iudicium in diluvio aquis fissi et obruti, ut a quodammodo perisse censer possint. Hoc enim plena S. Petri antithesis exigere videtur. Unde v. 5, ali: *Quod celo erant prius et terra, etc., per quae illa tua mundus aqua inundatus periret; ceili autem quae nunc sunt, etc., igni reservari, q. d.: Mundus et coeli priores periisse diluvio: coeli autem, qui post diluvium a Deo sunt restituti, et nunc extant, simili modo reservantur igni, ut ex conflagreat et perireat; quo circa sudbit v. 15: Novis verò celos et novam terram secundum promissa ipsius expectamus.* Accidit, quod Esdras

lib. 4, c. 6, v. 41, firmamentum vocat spiritum, id est, aeren vel aetherem; hunc enim ipsi vocat spiritum, ut patet v. 59. Ista ipsi, qui posse hoc principio, quod coeli sunt liquidi vel fuisse, non male philosophantur, ac facilius clarumque tantarum, quanta ad diluvium requirebantur, aquarum dant causam.

Véritum, quia Aristoteles et philosophi hoc principium periegant, et quia aqua illa supra celos subtilis sunt, et coelestes, ac longissime remota à terra; idcirco, resp. et dico primo: Solum mare tantum diluvium causare non potuit; diluvium enim longè maior fuit tunc mari. Mare enim respectu terre est exiguum; nam cùm à terra separatum est, successi dilutaxat in locum fossarum et scrobum, è quibus elevati sunt montes; quare ferè sibi quantitate montes adequat, ut iam dictum est. Rursus nauta qui bolide profundatatem maris explorarunt, asserunt mare in sui međi, ubi profundissimum est, communiter non esse profundius dimidio millari Italiano, hoc est, quingentis passibus; cum semidiamebra terra sit trium millioni milliariorum, uti passim docent mathematici. Quid est dimidium milliare, etiam in supremā, idēoque amplissimā superficie terre, si computaret cum tribus milibus milliariorum, que est mensura profunditatis terra superficie usque ad centrum? Insper mare vix operatur dimidium superficie terra, ne illos montes; inde Esdras lib. 4, cap. 6, v. 42, ait aquas et mare occupare septimum tantum terrae partem. Quare his ad calcum subductis, sequitur mare vix esse millesimam partem terra; spatium autem ad quod diluvium exiret super terram, continuo ducentesimam et trigeminam octavam partem terra, uti mox dicam; qui numerus contineat millenarium quater et amplius, quòd fit, ut ad spatium hoc, ad quod diluvium excrevit, aquis implendum quatuor maria non sufficessent, nisi dicamus mare ad quadruplum solito magis à Deo fuisse rarefactum.

Dico secundo: Causa diluvii fuere vapores è globi terra et maris sursum elevati, ibique in pluvias resoluti. Pro quo nota. Si ponas diluvium ad quinque milliaria Italicá supra terram excrevisse, operuit altissimos montes ad 15 cubitos; montes autem aliquip ad quatuor milliarria supra terram attolluntur. Ponamus ergo ad factorem diluvium, diluum ad quinque milliarria supra terram excrevisse, dico spatium hoc quinque milliariorum non esse nisi ducentesimam trigeminam octavam partem globi terra, ut perit mathematici subductis rationibus Romæ mihi ostenderentur. Jam facile fui De 258 partem terra, cui innixum est mare, in vapores vertere, eosque in pluvias convertere; hi ergo totum hoc quinque milliarium spatium implerent. Ailde, aquam decuplo raroerem esse terram quare dictum numerum 258 portionis terra, sufficientis ad implendum spatium quinque milliarium jam recessum, multiplicandum esse per decadum quod si facias, provenient 2580: quare 2580 pars terra resoluta in vapores et pluvias, sufficit ad implendum hoc spatium quinque milliarium. Quid est 2580 pars terra ad totum terrae globum? In locum vero huius portioni

COMMENTARIUM. CAP. VI

terre in vapores abeuntis, successit aer et aqua, per rarefactionem dilatata, et solito magis expansa.

Denique potuit Deus pluvias per modo rarefacere et extendere; quo dato, multò adhuc minor terræ et pluviarum portio, ad spatiū impudenter sufficit. Probabile quoque est, Deum partem aeris in pluviam et aquam convertisse. Tria ergo elementa, scilicet aer, aqua et terra, ad tantum diluvium causandum concurrenerunt. Locum S. Petri explicui in Comment. Epistola ejusdem.

VERS. 12. — QUADRAGINTA DIESBUS. Pluviae hujus tam
continuae causa fuit, assidua vaporum multiplicatio et
conversio in aquas. Deus enim tunc vapores, aerem,
aliaque in aquas resolvat continuo per 40 dies, cas-
que misericorditer non simul, sed sensum deprimit,
ut interim tercentur et ponitentem homines, ait
S. Chrysost.

Nota. Putat Oleaster non tantum per dies hos 40, sed etiam per 150 sequente, continuò pluisse; verò Scriptura tantum asserit, 40 diebus pluisse, quo satis innuit, post 40 dies cessasse pluviam; ita Abulens. et Pererius.

VERS. 15. — IN ARTICULO (in puncto) DIEI ILLIUS; hebreiā est *be'əm ha'im*, in osse diei, id est, in substantiā (osso enim dant substantiam firmam corpori) illius diei, puta illo die 17 mensis secundi, anno 600 Non ingressus est, scilicet ultimè et compleì, Noe cum omnibus in arcam. Notandum enim ex v. 4, 4 et 7, Noe in arcam ingressi cepisse septem diebus ante diluvium, ac per eos dies sensim cibaria et animalia induxisse in arcam, ita ut ipso die diluvii, qui fuit decimus septimus mensis secundi, omnia, et omnes perfectè essent ingressi; ergo *ingressus*, significat hic autem, non inchoatum, sed completum et perfectum. Voluti enim Dei clementia, hisce septem diebus, per apparatum quem faciebat Noe, perque continua inductiōnem animalium et cibariorum in arcām, homines monere de instanti diluvio, et commovere ad poniendam. Ita S. Ambros, Stotatus et Perorans.

VERS. 14. — UNIVERSÆ AVES, ÓMNESQUE VÖLUCRES.
Aves sunt, quæ pennas habent; volucres, quæ alas,
sive ean pennæ sint, sive membranæ, quales habet
vespertilio.

VERS. 16. — INCLUSIT EUM DOMINUS DE FORIS, scilicet, extrinsecus ostium arcæ, contra aquas, bitumine obliniendo, quod Noe, utpote arcæ jam inclusus, facere non poterat. Unde Hebrei habent, *clausit Dominus pro eo*, vel ut Vatabl. vertit, *post eum*. Vide quantum curam et providentiam Deus habeat Noe et sursum.

VERS. 17. — FACTUMQUE EST DILUVIUM. TROPOL. S.
AMBROS. lib. de Noe cap. 13: *Diluvii species*, ait, *typus*
est purgationis animae nostrae. Itaque cum mens nostra se
a corporalibus mundi hujus illecebris, quibus ante dele-
cabantur, abluerit, bonis quoque cogitationibus veteris
collinem cupiditatis absterget, tanquam purioribus ab-
sorbens aquis turbidorum prius amaritudinem fluen-
torem.

VERS. 18. — AQUEA PRAEVALUERUNT NIMIS, ita ut de-
mos et urbes everterent, arbores eradicarent, omnia
que sata et germina solo sternerent, nimirum tunc, u-
canit Ovidius :

Omnia pontus erant, et dearent littora ponto.
Nota hic rursum constantiam fidei, et spei, et patientie in Noe. Erat enim in tentationibus gravissimum ut mirum sit cum non desperasse. Primum enim reliquias cogebatur dominum, amicos et omnia; inquit cor intermitte video. Secundum, quasi in carcere et tormentis, factore animalium clausus erat. Tertio, temore quætabatur, videns tantam Dei iram, aquas undique irruentes, inquit nil nisi presentem mortem aspiciens. Si enim in mari est fluctibus timentes homines quantum timuit Noe? Quarto, timere poterat ne eum ipsum ob culpan aliquam relinquenter Deus. Quinto nesciebat quādūt tam temporas duraret. Sexto non videbat eum; clausus enim erat arca. Septimus erucabat eum interius omnium hominum et animalium. Octavo, laborabat, ut suos in arca consolaretur et confortaret, ne desperarent. Quis in tanis tentationibus non succubuissebat, ac mori precelegisset? Verum omnia haec sustinuit et superavit Noe uia Dei pinnax ejusque promissioni et providentia; quoniam nullus erat aliud auxilium aut consilium. Ita suos exercevit et perficit Deus, dum omnis fulcra eis admittit, ut totos sub Deo committant. Discimus et nos in artis quibusdam Deo Unire, in eumque maxime sperare; Dominum enim est qui suos mortificat, et vivificat; deducit ad inferos, et reducit. Qui mirum ergo, si Noe à fide ita laudet Paulus Hebr. 11, 7, et Ecclesiast. c. 44, 12.

VERS. 20. — QUINTDECIM CUBITIS ALTIUS FUIT AQUA SUPER MONTES. Ergo perlungit diluvium usque ad immensitudinem regionis aeris; et cōmē perlungit Olympus et alii montes celstissimi; ergo diluvium paradisum quoque obruit et destruit. Putant aliqui, quod tantundem, puta quintdecim cubitis, supra terram et montes excedet ignis conflagrationis in fine mundi, illudque inuiuī sanctus Augustinus lib. 3 de Genes. ad litt. cap. 2, idque profat ex 2 Petri 3, vers. 5 et 7. Falsemē ergo est, quod Cajetanus consuevit, montes quod huius operi dicuntur, esse illos, qui sunt sub celo aereo, non autem illi, qui superant medium aeris regionem, quales ait ipsa esse Olympum et Atlantem; hoc cuius reprobatur scriptura. Hic, quae omnes terra montes diluvio superatos et obrutos asseraverat, ut recte advertit S. Augustinus. lib. 45 Civit. 27. Fundamentum quoque Cajetani, scilicet quod aliqui montes supererant medium regionem aeris, sive locum pluviae et nivis, non existunt. Nam cacumen Atlantis nibilis tegi comprehendetur est.

Nota. Quintdecim cubitis aqua excessit omnes montes, ne gigantes longissimi, aut aliud animal vastissimum, in altissimi montis vertice servari posset. Quare non tradunt Iudei, Og regem Basan fusse ex giganteis illis, de quibus dictum est c. 6, quodque in altissimo monte consistens, evaserat diluvium, idque propter ex eo quod dicitur Deut. 3, v. 10: *Solutus Og resistet de stirpe gigantum; fabella est; sed enim Og*

fuissest 800 annorum; tot enim anni sunt à diluvio, usque ad ingressum Hebraeorum in Chanaan, quando ab eis occisus est Og, Deut. 5, v. 5.

Querere, quid fecerit Noe cum suis toto tempore in arcā. — Resp. Tornillus, cum commiseratum esse ceteris omnibus perentibus, sibi congratulatum esse de suā salute in arcā, ac Deo gratias egisse. Secundō, vacasēs precibus et contemplationi. Tertiō, se et animalia cuncta curasse, dando cibū et potū, sordes everroendo in sentiuā, indeque per antīam et situlas extollendo, et extra arcam per fenestras, que superius erant, ejiciendo. Denique rem omnem arca administrasse.

VERS. 22. — ET CUNCTA IN QUIBUS SPIRACULUM VITE EST IN TERRA, MORTUA SUNT. Hebreo ad verbū sic habent: *Et omne cuius fatus spiritus* (id est, fatus respiratio sine respirans) *vite in naribus ejus ex omnibus que sunt in arida, mortua sunt*, hoc est: *Omnia omnia in terra respirantia mortua sunt*. Unde Tigurina verit: *Et quidquid erat in cuius naribus spirabat fatus vita, de omnibus que in siccō degebat, mortua sunt*; Vatabl., *jam interierunt*. Admittit in *siccō ob* pisces, qui in humido, puta in aquā, versantur: hi enim mansere vivi et superantes. Pagnin., *omnia, in quorum facie erat ardentia vita, ex omnibus que erant in siccō, mortua sunt*; Septuag. verò sic: *Et omnia que europee habebant spiritum vita, et omnis qui erat super aridam, mortuus est*; Chaldeus: *Omnia in quibus est spiraculum spiritus vite in naribus suis, ex omnibus que sunt in arida, mortua sunt*.

VERS. 24. — OPTINUERUNST AQUE TERRAM CEN-
TUM QUINQUAGINTA DIEBVS. Nota, hos 150 dies, non cessantando seorsim, post 40 dies pluvias, de quibus v. 42 (ut volunt Joseph Chrysost., Tostat., Cajetan.) sed eos includere; nam à 17 die mensis secundi, quo coepit pluvia et diluvium, usque ad diem 27 mensis septimi, quando immunitus quis arca quiete in montibus Armenie, ut habeatur cap. 8, v. 4, tantum interfluit dies 160, ergo prius 40 diebus fuit pluvia, quā terra et montes omnes ad quindecim cubitos fuerunt obruti; deinde per sequentes centum et decem dies, manxit aqua in hoc suo statu et altitude, post quos copii decrescere, ita ut decimo post die arca quiesceret in montibus Armenie; tot enim universum numerantur dies, à 17 die mensis secundi, quo coepit diluvium, usque ad diem 27 mensis septimi, quo quiete arca, nimuris dies 160, quo es modio, quo jan dixi, parti et distribuere oportet. Ita Lyran., Hugo., Pe-
rius.

Horrendum fui hoc diluvii spectaculum: sensim CAPUT VIII.

1. Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, et omnium jumentorum, quae erant cum eo in arcā, adduxit spiritum super terram, et immunitus sunt aquae

2. Et clausi sunt fontes abyssi, et cataractae colli; et prohibite sunt pluviae de celo.

3. Reversaque sunt aquae de terrā eentes et re-

cresentibus aquis, circumeurbant per domos tremulae matres cum parvulis, nescientes quā pergerent; surgebant alii pavidi de mensa, et effugium quererent; è cubili exiliebant sponsus et sponsa, huc ille, illuc illa fugiebat, ut salientem evaderet undam. Vi-
disses quosdam repente superiora domus, alios etiam

testorum cacumina condescenderent; nonnullos item ex celarum arborum ramos scandere; alios verò cum festinatione ad collivium montiumque juga se proprie-
serent. Sed frustra: nemo enim hanc aquarum vim et impetu evadere potuit. Ubique pavor, ubique tremor. O quām dolerant tunc, quod Noe hinc communimenter non audierant, sed irriserant! O Noe, quām sapienti, inquietabant: o nos dementes, quām stolidi fuimus! è si jam licet arcam ingredi, quām cuperemus etiam totū vitā in ea includi! Potuimus aliquando, sed non luimus: nunc volumus, sed non possumus. Sero sa-
piunt Phryges. Ex hisce et similibus vides, quām horrible fuerit diluvium; quod ut magis videoas et ap-
prehendas, imaginare te in vertice montis consistere, ac videre aquas totam terram inundantes, omnia sternentes, homines animalia sorbentes, exsorcentes, et montes omnes superantes; ita quod ad tandem in vertice consistentem pertingentes, teque pariter ha-
rientes et mergentes. Hinc disce quid sit peccatum, quod hanc cladem toti orbī induxit; et si tale fuit diluvium sicut in terra, quale erit diluvium ignis in gehennā? Cogita quām terribilis sit Deus in consilis suis super filios hominum, quām terribilis sit eis iusta et vindicta. Elevaverunt flumina fluctus suos, à vo-
cibus aquarum nullarum. Mirabiles elationes maris, mi-
rabilia in altis Dominus. Quid ergo erit in die iudicii, qui similiter omnes ex improviso obruerit? Audite Christom ipsissimum veritatem Matth. c. 24, 57: *Sicut in diebus Noe, ita erit et adventus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes, mbe-
ntes, et neptui tradentes, usque ad eum diem, quo intravit Noe in arcā, et non cognoverunt, donec reu-
liverint, et tulit omnes; ita erit et adventus Filii ho-
minis.* Tunc, inquit ex S. Bernardo Hugo card. an-
gustie erunt via undique reprobus. Superius erit iudex iratus; subitus, horrendum chaos; à dexteris ad
peccata auctorianta; à sinistris, infinita demona ad supplicium trahentia; iūris, urens conscientia; for-
ris, mundis ardens. Misericorde deprehensus, et quōd effugies? latebra, erit impossibile; apparet, in-
tolerable. Si queris, quis te accusabit? dico, quid totus mundus; quia offensus Creatore, omnis crea-
tura odio habet offendentem, puta peccatorem. ▶

CHAPITRE VIII.

1. Mais Dieu, s'étais souvenu de Noé, de toutes les bêtes sauvages, et de tous les animaux domestiques, qui étaient avec lui dans l'arche, fit souffler un vent sur la terre, et les eaux commencèrent à diminuer.

2. Les sources de l'âme furent formées, aussi bien que les caractères du ciel; en sorte que les eaux de la mer qui se répandaient sur la terre, et les pluies qui tombaient du ciel, furent arrêtées.

3. Les eaux étant agitées de côté et d'autre, par le

deunte; et copérant minui post centum quinqua-
ginta dies.

4. Requievit arca mense septimo, vigesimo se-
ptimo die mensis, super montes Armeniae.

5. At verò aque ilani et decrescerant usque ad de-
cimum mensem; decimo enim mensē, primā die mensis, apparuerunt cacumina montium.

